

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quomodo intelligendum sit maleduam benedictionibus vestris D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

mnis in quo Christus habitat, benedictionē præstat. Sed alia est benedictio, quæ solis sacerdotibus congruit: alia, quæ ab omnibus bonis cōmuniter exhibetur. Deniq; illi sacerdotes, in quibus Christus habitat, benedictionis plenitudinē tribuere dicuntur: non quia soli illi transfundant gratiam, sed quia illi soli licite & digne id agunt. Nec subditos mala vita sacerdotis lēdit, si bona facitū, quæ ille dicit. Vnde Greg. Multi dum plus vitam sacerdotum, quam suam discutiunt, in erroris foueam dilabuntur: minus cōsiderantes, quod non eos vita sacerdotum lēderet, si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent.

*De hoc quod scriptum est in Malachia, Maledicam benedictionibus vestris.*

Præmissæ vero sententiæ, qua dicitur, etiā per malis sacerdotis ministerium transfundī gratiam benedictionis, videtur obuiare, quod Dñs per Malachiam prophetam malis sacerdotibus cōminatur. Maledicam benedictionibus vestris. Et alibi, *Veh his, qui viuificant animas, quæ non viuunt: & mortificant animas suas, quæ non moriuntur. Si enim maledicit Dñs benedictionibus eorum, & si animæ quas viuificant, non viuunt: quomodo per eos gratia benedictionis transfunditur?* Sed illud cap. Maledicam, &c. quidam referunt ad hæreticos, qui ab Ecclesia præcisi sunt, & ad excommunicatos: quorū benedictiones sunt maledictiones, his qui eorum sequuntur errores. Illud vero alterum, sc. viuificant, &c. super omnes illos sacerdotes expōnunt, qui absq; clavis scientiæ, & ferma bonæ vice præsumunt ligare vel soluere. Sed nullus officio sacerdotis vti debet, nisi immunitis sit ab illis, quæ in aliis iudicat: alioquin seipsum condemnat.

*Qualis debet esse index Ecclesiasticus.*

Qualem autem oporteat esse, qui aliorū iudex cōstituitur. Aug. describit ita dicens, Sacerdos cui omnis

1. quæst. I.  
multi.

Malac. 2. a

Ezec. 13. d

Rom. 2. a